

- atque sanctis viris, celum pateat. qui ergo recte docet et ita vivit ut docet, vere ille doctor est; qui aliter, mendax et se ipsum sententia sua condemnans. Hieronymi libros aut epistolas lege; plena sunt omnia sanctissimis documentis: vitam intueri; doctrinam
 5 omnem excesseris, quasi facilius ei facere quam dicere fuerit. quid enim de abstinencia et continentia dicemus, quid de humanitate, quid de patientia, quid de persecutionibus emulorum, de hereticorum rebellione, ut illos fortiter tulerit, hos fortius obtuderit?^(a) quid de laboribus heremi, de peregrinationum difficultate, ceterisque,
 10 quorum omnium^(b) longa memoria est? statuere enim sibi videtur nichil fugere, dum mundum et insidias eius refugeret^(c). hic nescio^(d) quantum michi conveniat sanctum hominem tam exquisite laudare, quasi videatur^(e) laudes eius complecti sermone posse, aut superum laudes non supra omnem sermonem omniumque
 15 ingenium nostrum sint. sed devotione adducor, ut ita dicam, simulque ut tibi pro caritate tua et affectione morem geram. ut enim nichil ego avidius dicere, ita et tu audire nichil iocundius potes. dixi alias de hac ipsa re in conventu multitudinis, non quidem ut michi laudem, sed ut apud omnes homines gloriam et devotionem sancto quererem. nunc tu michi solus pro multitudine
 20 es, et eo quidem acceptior auditor, quod scio nichil dicere me posse de Hieronymi laudibus quod non magnopere probes. sed hec hactenus, ut neque neglexisse omnia neque complecti singula voluisse videamur. vale. Padue, pridie kalendas octobris 1396.

Gli scritti e la vita di san Gerolamo son tutto un documento di santità. Fu paziente verso i nemici, forte contro gli eretici;

e tutto egli soffrì pur di fuggire le insidie del mondo.

Ma chi può dirne degnamente le lodi?

A lui basta secondare la propria devozione ed il desiderio del padre,

che tanto gode nel sentir parlare del santo.

(a) *G* obstulerit Così pure *PM c. 81*. (b) *P om. omnium* (c) *P* eius fugeret
 (d) *G* his nescio (e) *G* quas videatur